



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Pro Calendario Gregoriano Dispvtatio Apologetica

**Busaeus, Johannes
Roest, Petrus**

Mogvntiæ, Anno 1585

II. Probatio Tvbng.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43749

bingantur aut Germaniam, sed Ecclesiam totam Christianam magno errore per restitutionem Calendarij liberauerit, quod alius nullus similiter facere poterat, non maledictis, vt facit præposterus iste disputator, sed gratiarum actione & laudibus erat, quocunque tandem animo id fecisse videretur, prosequendus.

X L I H I I . Prædicatio Euangelij Apostolorum seculo res adiaphora non erat, & tamen B. Paulus non admodum angebat, quo animo quidam, num propter inuidiam & contentiōnem, an vero propter bonam voluntatem Christum prædicarēt. *Philip. ii*
Quidam enim, inquit, ex contentione Christum annunciant, non sincere, existimantes pressuram se suscitare vinculis meis. Quid enim? Dum omni modo, siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuncietur, in hoc gaudeo, sed et gaudebo, scio enim quia hoc mihi proueniet ad salutem. Videbat enim prædicationem veritatis Euangelicæ rem per se vtilem esse & salutarem à quocunq; tandem profecta esset, videbat ea ex animis errores, multo hoc astronomico grauiores, euelli. Quanto minus animo excruciali debebant sectarij, cum intelligerent correctionem erroris mathematici tanquam prædicationem veritatis à Romano Pontifice esse profectam, maximè cum ea non ex inuidia aut contentione, vel ut pressuram suscitatet vinculis vel potius libertati ipsorum, sed caritate mera, ut Ecclesia Christi tanto errore liberaretur, perfecta sit absoluta.

II. PROBATIO T V B I N G.

X L V . Sequitur altera probatio disputatoris ex Bulla Pontificia & Breuiario Romano, vti ille comminiscitur, deprompta. *In præfat. thes. Hoc fine et consilio, inquit, Calendarium institutum est et urgetur, vt 61. 104. 105. festa non Paschatis tantum, sed Diuorum quoque omnium qui ieunijs, fe- 106. 107. 108. rijs, et precibus coluntur, et inuocantur, statis, quibus hac vita functi illi, 112. sunt, peragantur temporibus, at hic sanctorum cultus post homines natos turpissima, maxima et horribilissima in Ecclesia Dei idolatria est. Detestandæ igitur idolomaniæ sese participes faciunt, qui Calendarium Gregorianum suscipiunt.*

R E S P O N S I O.

C 3 *Calendarium*